



I. N. I.
P R O O E M I V M.

C O N T E N T A.

§. I. *Varia nomina colentium Christum: Μαθηταί: Apud etiam Matth. V. 1. (2) Πιστεύοντες. (3) Ἀδελφοί. (4) Χριστιανοί. (5) Quibus ipsi sunt usi. (6) Ab adversariis appellati Christiani. (7) Jersai. (8) Nazareni: de quibus porro agendum.*

§. I.



acras literas qui unà cum historiis veterum evolvet, varias eorum, qui Jesum Mariæ filium, tanquam humani generis Salvatorem coluerunt, appellationes inveniet. Apud *Matthæum* cap. X, 42. nomen μαθητῶν *discipulorum* ipsis attribuitur, mercede his promissâ, qui *uni è parvulis potum frigide præbuerint, nomine discipuli*; id est Christiani. Nec enim est, quod quis existimet, *duodecim* illos tantum, qui *Apostoli* peculiariter dicebantur, aut *septuaginta* illos, de quibus *Luc. X, 2.* agitur, præcisè denotari; quando non solum *οἱ μικροί* aut *parvuli* latius patent, & de *credentibus in Christum*, qui tunc præ mundo viles humilesque erant, frequenter accipiuntur. vid, cap. *IIIX, 6. 10. 14.* verum

rùm